



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Autoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1720

Syllabus Titulorum Libri IV. Decretalium, Et Quæstionvm Svb Iis Contentarvm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73973](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73973)

SYLLABUS TITULORUM LIBRI IV. DECRETALIU,

ET QVÆSTIONVM SVB IIS CON- TENTARVM.

LIBER IV. TITULI PRIMI. De Sponsalibus & Matrimo- nio.

CAPVT I. De Sponsalium Natura,



*Quest. 1. Unde sponsali-
um nomen, & quid im-
portet.*
*Quest. 2. Sponsalia
qualiter definiantur.*
*Quest. 3. Qualiter
promissio debeat esse ve-
ra, & non ficta seu simulata, ut Sponsalia
constituant.*

*Quest. 4. Incidens: num igitur deflo-
rans virginem spe matrimonii fictè pro-
missi teneatur eam ducere.*

*Quest. 5. An & qualiter promissio con-
stituens sponsalia debeat esse libera.*

*Quest. 6. Qualiter hæc promissio de-
beat esse facta uni determinatæ personæ.*

*Quest. 7. An & qualiter dicta pro-
missio debeat extrinsecus manifestari.*

*Quest. 8. An & qualiter promissio
futuri matrimonii intimari absenti debe-
at, ut acceptari censeatur, & quis nomi-
ne eius acceptare eam possit.*

*Quest. 9. Num igitur promissio futu-
ri Matrimonii etiam Caje manifestata
nullatenus Titium promittentem citra ac-
ceptionem Caje obliget.*

*Quest. 10. An & qualiter ad constituen-
dum sponsalia requiratur promissio mutua.*

R. P. Leur, Jur. Can. Lib. IV.

*Quest. 11. Num mutua illa promissio
facta clandestinè constituat sponsalia vali-
da & licita.*

*Quest. 12. Num sponsalia celebrata
sine scitu & consensu parentum, aut eorum,
qui contrahentibus sunt loco parentum,
sint valida, vel etiam licita.*

CAP. II.

De Verbis aliisque signis & factis,
quibus sponsalia contrahi possunt,
& solent, contractaque in fo-
ro externo præsumi de-
beant.

*Quest. 13. An & qualiter per verba
contrahi possint aut debeant sponsa-
lia.*

*Quest. 14. Per quæ verba censeantur
validè contrahi sponsalia.*

*Quest. 15. An & qualiter taciturni-
tas sit signum sufficiens interioris consen-
sus, ac ita vi illius contrahantur valida
sponsalia.*

*Quest. 16. An & qualiter subarrhatio
annuli sit signum interni consensus spon-
salitii seu sponsalium.*

*Quest. 17. An inter facta, per quæ
promissio futuri matrimonii rectè infer-
tur, aut etiam sponsalia constituuntur, sit
matrimonium inter impuberes, aut inter
puberem & impuberem nulliter celebra-
rum.*

*Quest. 18. An matrimonium clande-
stinè, & hinc invalidè contractum inter
puberes contineat rationem sponsalium.*

*Quest. 19. An & quando defloratio
puel-*

(A)

puellæ ejusque impregnatio habeatur pro signo sufficiente consensus sponsaliti, aut saltem obliget ad ducendam vel dotandam illam.

Quæst. 20. Quid agere debeat in foro externo iudex, dum consideratis considerandis omnibus, manet dubium vel ambiguum, num sponsalia verè contracta seu vera sint, valeatque promissio matrimonii.

CAP. III.

De pignoribus, pactis, pœnis conditionibus, quæ conspectui sponsaliti possunt vel non possunt apponi.

Quæst. 21. An in contractu sponsalium ob majorem ejus firmitatem adhiberi possint fidejussores & apponi pignora.

Quæst. 22. An igitur sponsalibus, adijci possit pactum expressum à contrahentibus, ut resiliens injustè compenset damnum emergens ex tali recessu.

Quæst. 23. An sponsalibus adijci possit pactum pœnæ solvendæ à resistente.

Quæst. 24. An pœna consistens in lucro non acquirendo (adeoque minus propriè pœna) adijci possit sponsalibus.

Quæst. 25. An pœna lucri non acquirendi retrahens à nuptiis validè adijci possit legato vel donationi.

Quæst. 26. Num valida sit conditio apposita in ultima voluntate, vel contractu inter vivos retrahens à nuptiis spiritualibus, hoc est, statu clericali vel religioso.

Quæst. 27. Num rejici debeat conditio ineundi matrimonium spirituale seu ingrediendi religionem, adjecto legato vel hereditate.

Quæst. 28. An subsistat conditio sub privatione hereditatis vel legati, si nubat extra familiam vel oppidum, vel ne nubat ignobili aut descendenti ex Judæis.

Quæst. 29. An & qualiter conditiones aliæ adjectæ contractui sponsaliti eundem vitient.

Quæst. 30. An impediti contrahere sponsalia sub hac conditione: Si Papa dispenserit. contrahere possint.

Quæst. 31. An valeat pactum sponsalibus adjectum, quod vir teneatur in certo loco commemorari.

CAP. IV.

De arrhis & sponsalitia liberalitate.

Quæst. 32. Arrhæ quid importent, & quæ earum natura.

Quæst. 33. Num arrhæ utrimque constitui possint.

Quæst. 34. Num arrhæ constitui possint tam in specie, v. g. fundo, quam in quantitate, & quidem in quacunque quantitate.

Quæst. 35. Arrhæ datæ in pignus matrimonii contrahendi an, cui, & qualiter reddendæ.

Quæst. 36. An pœna illa dupli vel quadrupli adjecta traditioni arrharum obtineat in Jure canonico & solvenda in foro conscientie.

Quæst. 37. Quæ sit natura arrharum datarum sponsæ a sponso in remuneracionem pudicitie, nobilitatis & dotis acceptæ.

Quæst. 38. In qua quantitate & ex quibus bonis hæ arrhæ constitui possint.

Quæst. 39. Qui arrhas constituere & promittere possint.

Quæst. 40. Qualiter hæ arrhæ acquirantur sponsæ.

Quæst. 41. Qualiter uxor obtinens arrhas vel etiam sponsalitian largitatem de iis disponere possit.

Quæst. 42. Quid sit Sponsalitia largitas, & quæ veniant illius nomine.

Quæst. 43. In qua quantitate, & ex quibus bonis sponsalitia largitas fieri possit.

Quæst. 44. Quo tempore concedenda sponsalitia liberalitas.

Quæst. 45. Qualiter sponsalitia largitas acquiratur & amittatur.

CAP. V.

De personis habilibus ad contrahendum sponsalia, & horum obligatione & effectu.

Quæst. 46. Quinam contrahere possint sponsalia.

Quæst. 47. An & qualiter carentes usu rationis contrahere possint sponsalia.

Quæst. 48. Utrum surdus tantum, & mutus tantum, & mutus & surdus simul, vel etiam insuper cæcus contrahere possint sponsalia.

Quæst. 49. Num raptor cum rapta contrahere queat sponsalia.

Quæst. 50. An & qualem obligationem pariant sponsalia de futuro.

Quæst. 51. Quando nam obligatio sponsalium exequenda.

Quæst. 52. Qualiter obligentur, qui pro aliis sponsalia promittunt.

Quæst. 53. Qualiter compellendus, qui renuit implere sponsalia.

Quæst. 54. Quis sit Iudex compulsio-
nis

nis in hac materia, & dum adest causa dissolvendi sponsalia, à quo ea debeat judicialiter cognosci.

Quæst. 55. Quis præter obligationem sit effectus sponsalium.

CAP. VI.

De dissolutione sponsalium.

Quæst. 56. An & qualiter per ingressum religionis solvantur sponsalia.

Quæst. 57. An post contracta sponsalia juramento firmata liceat ingredi religionem.

Quæst. 58. An & qualiter sponsalia dirimantur susceptione ordinis sacri.

Quæst. 59. An & qualiter sponsalia impediuntur vel solvantur per votum ingrediendi religionem, vel ordinis sacri suscipiendi, vel continentia.

Quæst. 60. An & qualiter solvantur sponsalia per sponsalia de futuro subsecuta.

Quæst. 61. An & qualiter priora sponsalia solvantur per secunda de presente, sive per subsequens cum alia matrimonium.

Quæst. 62. An & qualiter ex causa fornicationis, osculorum & tactuum impudicorum solvantur sponsalia.

Quæst. 63. An & qualiter per absentiam solvantur sponsalia.

Quæst. 64. An & qualiter solvantur sponsalia ob lapsum termini præfixi.

Quæst. 65. An & qualiter sponsalia dissolvantur ob superveniens impedimentum matrimoniale.

Quæst. 66. An & qualiter solvantur sponsalia ob superveniens notabilem mutationem ex parte sponsi vel sponsa.

Quæst. 67. An igitur tales cause, si præcesserint sponsalia, & ignorata tunc fuerint, postmodum post ea contracta cognito, pari modo dissolvant sponsalia, ac si tum prius cognita.

Quæst. 68. An laborans impedimento seu vitio occulto, quod, si cognosceretur, compartem averteret à sponsalibus contrahendis, possit eo tacito seu occultato contrahere sponsalia.

Quæst. 69. Qualiter in specie dissolvantur sponsalia ob superveniens defectum corporis.

Quæst. 70. Per quos defectus tenentes se potius ex parte animæ superveniens solvantur sponsalia.

Quæst. 71. An & qualiter ex superveniente fortunarum mutatione solvantur sponsalia.

Quæst. 72. An & qualiter sponsalia dissolvenda auctoritate Judicis.

Quæst. 73. Quid igitur faciendum ubi sponsalia publica & causa certa est secreta, quæ sine diffamatione partis proparari non potest.

Quæst. 74. Qualis probatio requiratur, ut Iudex Ecclesiasticus dissolutionem sponsalium concedat, ubi nimirum ejus auctoritas ad hanc dissolutionem requiritur.

Quæst. 75. An & qualiter sponsalia puberum dissolvantur mutuo consensu.

Quæst. 76. An pars justè resiliens à sponsalibus ob ingressum religionis vel aliud impedimentum inculpabile teneatur comparti solvere expensas, si quas fecit in parandis nuptiis.

CAP. VII.

De Matrimonii Essentia & Essentialibus,

Quæst. 77. Matrimonium unde dictum, & quid sit.

Quæst. 78. Num consensus in copulam carnalem sit de essentia Matrimonii.

Quæst. 79. Quotuplex sit Matrimonium.

Quæst. 80. An & qualiter institutum Matrimonium.

Quæst. 81. An Matrimonium sit verum Sacramentum.

Quæst. 82. An dum uterque conjux infidelis convertitur, suscepto baptismo Matrimonium illorum efficiatur Sacramentum.

Quæst. 83. An fidelis baptizatus contrahens ex dispensatione Papæ cum fidei suscipiat Sacramentum.

Quæst. 84. An duo fideles contrahere possint Matrimonium absque eo, quod Sacramentum suscipiant.

Quæst. 85. An Matrimonium fidelium celebratum per Epistolam vel procuratorem sit verum Sacramentum.

Quæst. 86. Quæ sit materia & forma Sacramenti Matrimonii.

Quæst. 87. Quis sit minister Sacramentali Matrimonii.

Quæst. 88. An & qualis consensus requiratur ad Matrimonium.

Quæst. 89. In quid consensus ille expressè vel saltem virtualiter ferri debeat.

Quæst. 90. Num falsò existimans subesse impedimentum dirimens consentire valide possit in Matrimonium.

Quæst. 91. Num consensus utriusque conjugis debent simul existere.

Quæst. 92. An & qualiter consensus Matrimonialis exprimendus.

Quæst. 93. An & quando copula inter sponsos de futuro sit signum expressivum consensus Matrimonialis.

Quæst. 94. Quenam præterea sint signa expressiva consensus Matrimonialis seu Matrimonii contracti.

Quæst. 95. Finis Matrimonii quotuplex, & quo fine intendi debeat.

Quæst. 96. Consensus Matrimonialis qualiter debeat esse liber à metu, & num is reddat Matrimonium invalidum.

Quæst. 97. Quæ pœnæ injuste cogentium subditos ad Matrimonium minis & terroribus.

Quæst. 98. Qualiter filii cogi possint à parentibus ad Matrimonium.

Quæst. 99. An parentes Filium aut Filiam nubentem contra eorum voluntatem possint exhereditare aut ei dotem negare.

Quæst. 100. An & qualiter Matrimonium valide & licite contrahi possit per procuratorem.

Quæst. 101. An pari modo validè etiam in locis, in quibus receptum est Tridentinum, contrahi possit Matrimonium per Epistolam.

CAP. VIII.

De impedimentis Matrimonii in genere, & in specie de Impedimentis impedientibus tantum.

Quæst. 102. Impedimenta Matrimonii quotuplicia, & penes quem sit potestas ea constituendi.

Quæst. 103. An consuetudine induci possint nova impedimenta dirimentia, & abrogari jam constituta.

Quæst. 104. Quæ & quotuplia sint impedimenta dirimentia tantum, & num omnia adhuc sint in usu.

Quæst. 105. Quæ sint impedimenta dirimentia, & quam obligationem inducant.

Quæst. 106. Quid importet impedimentum Catechismi, & num illud adhuc hodie dum duret.

Quæst. 107. Sponsalia quid impedimenti importent.

Quæst. 108. Quid observandum circa impedimentum voti.

CAP. IX.

De Impedimentis dirimentibus in specie.

§. I.

De Impedimento publicæ honestatis.

Quæst. 109. Quid sit impedimentum

publicæ honestatis, & quo jure inducitur.

Quæst. 110. Ad quem gradum hoc impedimentum olim diremerit, & modò dirimat Matrimonium.

Quæst. 111. An & qualiter oriatur hoc impedimentum ex sponsalibus vel etiam Matrimonio invalidis.

Quæst. 112. An & qualiter oriatur hoc impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus incertis, vel sub conditione contractis.

Quæst. 113. An hoc impedimentum oriatur ex sponsalibus validis, sed mutuo consensu, aut alio ex capite dissolutis.

§. II.

De Impedimento disparitatis cultus.

Quæst. 114. Quid hic intelligatur per disparitatem cultus, & qualiter impediatur Matrimonium.

Quæst. 115. Quo jure hoc impedimentum dirimat Matrimonium.

Quæst. 116. An hoc impedimentum extendat se ad Matrimonia Catholicorum, eaque dirimat.

Quæst. 117. Quo Jure illicitum & prohibuitur sit matrimonium cum hæreticis.

Quæst. 118. An valeat pactum adjumentali Matrimonio Catholici cum acatholico, ut pars liberorum nasciturorum educatur Catholicè, v. g. filie sequendo Matrem Catholicam, pars altera educetur in hæresi, v. g. filii sequantur patrem hæreticum.

§. III.

De Impedimento Raptus.

Quæst. 119. Quid sit Raptus mulierum.

Quæst. 120. Quid tam Jure Civili quam Canonico, tam antiquo quam novo statutum quò ad pœnas incurrendas à Raptoribus mulierum.

Quæst. 121. Quid Jure Civili, & quid Jure Canonico antiquo statutum de Raptoribus in ordine ad contrahendum Matrimonium cum ea, vel etiam cum aliis.

Quæst. 122. Quid circa hoc statutum Jure novo Tridentini.

Quæst. 123. Nun etiam raptus viri factus à fœmina inducat dictum impedimentum.

Quæst. 124. An sicut Raptus Matrimonium, ita quoque dirimat sponsalia, eaque reddat irrita inter Raptorem & Raptam.

§. IV.

S. IV.

De Impedimento Erroris.

Quaest. 125. Qualiter error persona praestet impedimentum matrimonio.

Quaest. 126. An igitur etiam error servilis conditionis qualitatem non dirimat matrimonium.

Quaest. 127. An ergo etiam invalidum sit Matrimonium ex errore servilis conditionis contractum in iis casibus, dum per ipsum Matrimonium servus evadit Liber.

Quaest. 128. Quo Iure error conditionis irritet Matrimonium.

Quaest. 129. Cui incumbat onus probandi conditionem servilem cognitam esse vel ignoratam, ut Matrimonium contractum inter servum & liberum validum vel irritum declaratur.

Quaest. 130. An cessante hoc errore servilis conditionis, si liber sciens esse servam cum ea contrahat; vel etiam dum liber contrahit cum libera, quam putat esse servam, valeat Matrimonium.

TITULUS II.

De desponsatione impuberum.

Quaest. 131. An & qualiter impuberes contrahere possint sponsalia.

Quaest. 132. Num ad hoc, ut valida sint sponsalia impuberum, necesse sit septennium esse completum Mathematicè seu Physicè, ita ut nulla dies desit, an verò sufficiat esse completum moraliter.

Quaest. 133. An saltem valeant sponsalia contracta ante septennium, dum constat contrahentes polere perfectò usurationis.

Quaest. 134. An & qualiter peccent impuberes contrahendo sponsalia de futuro ante septennium, vel ante perfectum usum rationis.

Quaest. 135. An & qualiter peccent impuberes contrahendo sponsalia de praesente seu Matrimonium.

Quaest. 136. An & qualiter sponsalia contracta ante septennium, eo adveniente ratificentur.

Quaest. 137. Quae aetas requiratur ad sponsalia de praesente seu ad matrimonium validè ac licitè contrahendum.

Quaest. 138. An, quando, & quale peccatum committant, qui sponsalia de praesente seu Matrimonium contrahunt ante pubertatem.

Quaest. 139. An & quando Episcopus

R. P. Leur. Jur. Can. Lib. IV.

possit dispensare cum impuberibus, ut contrahere possint Matrimonium.

Quaest. 140. An pubertate obtenta, necdum tamen obtentà potentià coeundi seu generandi valeat Matrimonium.

Quaest. 141. An & qualiter sponsalia impuberum de futuro solvantur mutuo consensu eorum.

TITULUS III.

De clandestina Desponsatione.

Quaest. 142. Sponsalia de futuro clandestinè contracta num valeant & liceant.

Quaest. 143. Quenam Matrimonia sint clandestina.

Quaest. 144. An & qualiter Matrimonia haec clandestina olim fuerint, & modò post Trident. sint irrita.

Quaest. 145. Quid dicendum quoad valorem de Matrimoniis, quae celebrantur in loco, ubi receptum est Tridentinum, ab incolis locorum, in quibus non est receptum; & viceversa quae celebrantur in loco, in quo non est receptum, ab incolis locorum, ubi est receptum.

Quaest. 146. Quid dicendum de Matrimoniis celebratis in locis haereticorum & infidelium.

Quaest. 147. Quis sit parochus proprius in ordine ad Matrimonium contrahendum.

Quaest. 148. Quis praeter Parochum sit ordinarius valens assistere Matrimoniis & dare licentiam.

Quaest. 149. Qui & qualiter possint concedere ac debeant licentiam assistendi Matrimonio.

Quaest. 150. An in Parocho, ut validè ac licitè assistat matrimonio, requiratur sacerdotium, carentia censurarum, & ut verè sit Parochus.

Quaest. 151. Utrum ad valorem Matrimonii requiratur, ut utrimque sponsi Parochus sit proprius, & quidem in Parochia propria assistat, & quid sit quoad hoc de sacerdote delegato.

Quaest. 152. Quod & quales praeter Parochum adesse debeant contractui Matrimoniali testes.

Quaest. 153. Qualiter Parochus & testes interesse debeant contractui Matrimoniali.

Quaest. 154. An & quâ obligatione Parochus teneatur benedicere Matrimonio.

Quaest. 155. An & qualiter praemittenda denuntiationes.

(B)

Quaest.

Quæst. 156. Quinam dispensare possint in denuntiationibus.

Quæst. 157. An & qualis causa, & qualiter cognoscenda requiratur ad dispensandum in denuntiationibus.

Quæst. 158. Num Ordinarius existente justa causa obligetur dispensare in denuntiationibus.

Quæst. 159. An & qualiter denuntiationes omisse ante nuptias adhuc præmittenda sint consummationi Matrimonii.

Quæst. 160. Quinam factis denuntiationibus teneantur denuntiare impedimentum.

Quæst. 161. Qualiter se gerere debeat Parochus, dum post denuntiationes apponitur impedimentum.

Quæst. 162. Qualiter se gerere debeat Ordinarius, dum impedimentum ad eum delatum est.

Quæst. 163. Quodnam dicendum Matrimonium contractum clandestinè in ordine ad incurrendas pœnas statutas clandestinè contrahentibus.

Quæst. 164. Quæ pœna statuta contrahentibus clandestinè, omisis denuntiationibus.

Quæst. 165. Quenam pœnæ statutæ contrahentibus clandestinè simpliciter, hoc est sine Parocho & testibus.

Quæst. 166. Quæ sit pœna Parochi vel alterius sacerdotis assistentis Matrimonio clandestino.

Quæst. 167. Quæ pœnæ testium assistentium Matrimonio contracto absque Parocho, vel contracto, omisis culpabiliter denuntiationibus.

Quæst. 168. Quæ pœnæ per calumniam seu malitiam denunciantis impedimentum ad impediendum Matrimonium.

TITULUS IV.

De Sponfa Duorum.

Quæst. 169. An & quæ pluralitas obstat sponsalibus tam de futuro, quam de præsentem seu Matrimonio.

Quæst. 170. Polygamia quo iure sit prohibita.

Quæst. 171. An in Polygamia dispensarit Deus, & qualiter, si Jure Naturæ illicita, dispensare potuerit, & quando hæc dispensatio cessaverit.

TITULUS V.

De conditionibus apposis in dispensatione aliisque contractibus.

Quæst. 172. An & qualiter subsistat Matrimonium contractum sub con-

ditione honesta de præterito, præsentem & futuro.

Quæst. 173. An & qualiter subsistat Matrimonium contractum sub conditione impossibili.

Quæst. 174. An & qualiter subsistat Matrimonium sub conditione turpi.

Quæst. 175. An & qualiter Tempus adjunctum contractui Matrimonii per verba de præsentem vitiet illud.

Quæst. 176. Causa seu demonstratio Matrimonii an obstet ejus valori.

Quæst. 177. An & qualiter modus adjunctus contractui Matrimonii illud suspendat aut vitiet.

TITULUS VI.

Qui Clerici & voventes Matrimonium contrahere possint.

Quæst. 178. Clerici qui & sub quibus pœnis prohibeantur contrahere Matrimonium.

Quæst. 179. Quæ vota simplicia impediunt contrahere Matrimonium.

Quæst. 180. Votum simplex perpetuæ castitatis an & in quo casu dirimat Matrimonium.

Quæst. 181. Votum solenne castitatis, nimirum enissum vel in Promissione religiosa, vel susceptione Ordinum sacrorum (præter quæ duo non dantur alia vota solennia C. unica de voto in 6.) an & qualiter dirimat matrimonium contrahendum.

TITULUS VII.

De eo, qui duxit uxorem, quam polluit per adulterium.

Quæst. 182. Quotuplex sit crimen, ex quo oritur impedimentum dirimens Matrimonium.

Quæst. 183. Quale debeat esse adulterium, ut ex eo nascatur dictum impedimentum.

Quæst. 184. An & qualiter adulterium & data fides adulteræ de Matrimonio debeant concurrere durante eodem legitimo Matrimonio.

Quæst. 185. An ad hoc, ut incurratur dictum impedimentum sufficiat contrahi attentativè Matrimonium clandestinè.

Quæst. 186. Qualis debeat esse promissio de Matrimonio contrahendo cum adultera, ut incurratur dictum impedimentum.

Quæst. 187. Incidens: Num de cetero promissio

promissio, qua quis alteri promittit Matrimonium post mortem conjugis sit irrita.

Quaest. 188. An & qualiter hoc impedimentum contrahatur ab infidelibus.

Quaest. 189. An ad contrahendum impedimentum criminis requiratur una cum occisione conjugis promissio matrimonii vel adulterium.

Quaest. 190. An ad hoc impedimentum incurrendum requiratur praecise uxoricidium.

Quaest. 191. An requiratur, ut occisio fiat Physice ab adultero, seu intendente contrahere Matrimonium.

Quaest. 192. An requiratur, ut Machinatio noctis sit efficax, morsque actu secuta.

Quaest. 193. An & qualiter requiratur, ut occisio fiat intentione contrahendi Matrimonium cum conjugate superflite.

Quaest. 194. An impedimentum hoc incuratur ab ignorantibus illud tali crimini annexum, adeoque laborantibus ignorantia juris.

TITULUS IIX.

De Conjugio Leprosorum.

Quaest. 195. An & quale impedimentum praestet lepra Matrimonio contrahendo.

Quaest. 196. An & qualiter lepra similisve morbus obstat indissolubilitati Matrimonii contracti.

Quaest. 197. An sanus conjugi leproso teneatur reddere debitum ei que cohabitare.

TITULUS IX.

De Conjugio Servorum.

Quaest. 198. Num servi invitis dominis contrahere possint Matrimonium.

Quaest. 199. An saltem dominus indirecte possit impedire Matrimonium servi, v. g. vendendo eum in partes remotas, dum scit illum tractare de Matrimonio contrahendo.

Quaest. 200. An & qualiter servi per contractum Matrimonium eximantur a servitute vel etiam obsequiis & servitiis debitis.

TITULUS X.

De Natis ex libero ventre.

Quaest. 201. Cujus parentis conditionem quo ad servitutem & honores sequantur liberi.

TITULUS XI.

De Cognatione Spirituali.

Quaest. 202. Quid sit cognatio spiritualis & unde oriatur.

Quaest. 203. Quotuplex olim fuerit, & modo sit cognatio spiritualis Matrimonium dirimens.

Quaest. 204. An, dum plures sunt Patrimi, omnes pariter contrahant dictam cognitionem spirituales dirimentem Matrimonium.

Quaest. 205. An, ut contrahatur haec cognatio spiritualis, baptismus necessario debeat esse sollemnis.

Quaest. 206. Utrum Monachi & Religiosi (quibus id prohibitum est C. Placuit caus. 16. q. 1. C. non licet, & seq. dist. 4. de consecrat.) si suscipiant seu levant infantem ex baptismo, contrahant dictam cognitionem.

Quaest. 207. An dum sacra domi privatim baptizatum postmodum in templo suppleantur ceremonia & solennitates omissae, etiam adhibitis Patrinis, hi contrahent dictam cognitionem.

Quaest. 208. Quae etas vel intentio requiratur in suscipiente seu levante baptizatum, ut contrahatur haec cognatio.

Quaest. 209. An & qualiter requiratur ad contrahendam hanc cognitionem, ut baptizans & levans sit baptizatus & fidelis.

Quaest. 210. Dum quis per legatum vel procuratorem suum suscipit aliquem ex baptismo vel confirmatione, quis eorum contrahat cognitionem spirituales.

Quaest. 211. An & qualiter parens baptizans & levans ex baptismo filium suum contrahet hanc cognitionem.

Quaest. 212. An si sponsus de futuro sponsae suae prolem baptizet aut levet ex baptismo vel confirmatione, contrahat cognitionem spirituales cum ea, adeoque impedimentum solvens sponsalia, & dirimens Matrimonium.

Quaest. 213. Num haereticus baptizans, vel in baptismo aut confirmatione levans prolem Catholici (contra quod prohibetur C. placuit 16. q. 1. C. non licet dist. 4. de consecrat.) contrahat cognitionem spirituales.

TITULUS XII.

De Cognatione Legali.

Quaest. 214. Quid sit & quotuplex adoptio, ex qua oritur cognatio legalis.

(B 2)

Quaest.

Quæst. 215. Quid sit & quotuplex cognatio legalis.

Quæst. 216. Ex qua adoptione oriatur cognatio legalis dirimens Matrimonium.

Quæst. 217. An & quæ cognatio legalis ex tribus illis dirimat Matrimonium.

Quæst. 218. Ad quos gradus se extendat impedimentum legalis cognationis, & quamdiu duret.

TITULUS XIII.

De eo, qui cognovit consanguineam uxoris suæ vel sponsæ.

TITULUS XIV.

De consanguinitate & affinitate,

CAPVT I.

De Consanguinitate.

Quæst. 219. Quid sit consanguinitas.

Quæst. 220. Quotupliciter sumatur consanguinitas.

Quæst. 221. Quid sit arbor consanguinitatis, stipes, linea, gradus.

Quæst. 222. Quæ sint regula pro computandis & cognoscendis gradibus consanguinitatis.

Quæst. 223. Qualiter hæc graduum computatio seruetur in utroque iure, & ubi seruandum quoad hoc jus canonicum, & ubi jus civile.

Quæst. 224. Consanguinitas in genere quo iure sit impedimentum dirimens.

Quæst. 225. An Matrimonium in primo vel etiam secundo aliove gradu consanguinitatis lineæ rectæ, nempe inter Patrem & Filiam, inter Matrem & Filium sit irritum iure naturæ.

Quæst. 226. An Matrimonium in primo gradu lineæ transverse, nimirum inter Fratres & Sorores sit irritum iure naturæ.

Quæst. 227. An Matrimonium in secundo cæterisque gradibus lineæ collateralis sit irritum iure naturæ.

CAP. II.

De affinitate.

Quæst. 228. Quid sit affinitas.

Quæst. 229. Num affinitas nascatur ex copula fornicaria seu illicita.

Quæst. 230. Qualis debeat esse copula, ut ex ea oriatur affinitas.

Quæst. 231. Num affinitas aliquo iure naturæ reddat Matrimonium irritum.

Quæst. 232. Ad quem gradum affinitas iure Ecclesiastico dirimat Matrimonium.

Quæst. 233. Num affinitas ex copula illicita dirimat quoque sponsalia.

Quæst. 234. An & qualiter affinitas orta ex incestuosa copula cum consanguinea uxoris, adeoque superveniens Matrimonio, impediat petitionem debiti.

Quæst. 235. An & qualiter impedimentum affinitatis, dirimens Matrimonium contractum, probandum.

TITULUS XV.

De Frigidis & Maleficiatis & impotentia coeundi.

Quæst. 236. Impotentia quid & quotuplex sit.

Quæst. 237. An nomine corporalis periculi intelligatur mors ipsa eiusve periculum, vel etiam periculum gravis morbi.

Quæst. 238. An censenda impotentia perpetua, dum fœmina scit, non posse se absque manifesto suæ aut prolis vitæ periculo concipere.

Quæst. 239. An & qualis impotentia coeundi perpetua dirimat Matrimonium.

Quæst. 240. An igitur etiam senes omnino exhausti, qui iudicio Medicorum & arte juvari non possunt ad copulam, habendi sint pro impotentibus, adeoque validè contrahere nequeant matrimonium.

Quæst. 241. An infirmus, cujus salus iam desperata, censendus impotens contrahere Matrimonium.

Quæst. 242. Num hermaphroditus sit impotens contrahendi Matrimonium.

Quæst. 243. Num igitur etiam impotentia perpetua coeundi irritet Matrimonium acceptum pro quadam consæderatione ad simultaneam cohabitationem obsequiorumque communicationem, & num dicta societas constituat verum Matrimonium.

Quæst. 244. An & qualiter impotentia perpetua respectiva sit impedimentum contrahendi Matrimonii.

Quæst. 245. An & qualiter impotentia temporalis irritet Matrimonium.

Quæst. 246. An & qualiter impotentia perpetua superveniens Matrimonio illicita dirimat, aut usum illius impediatur.

Quæst. 247. Num fœmina nupta, cuius arctitudini ex Medicorum iudicio subveniri potest absque gravi periculo, ut

ut apta viri congressui reddatur, teneatur pati scissuram.

Quaest. 248. An femina, quae ob ar-
bitrarietatem cognosci non potuit à viro, id-
coque ab eo separata fuit, sit eidem nec
frigiditate, nec maleficio laboranti red-
denda, postquam experientia probatum
fuit, eam ab alio cognitam.

Quaest. 249. Qualiter impotentia du-
bia sit impedimentum Matrimonii contra-
cti, vel saltem usus illius.

Quaest. 250. An, & à quo tempore
potens reclamare possit conjugem impoten-
tem, & audiendus sit.

Quaest. 251. An & qualiter impotens
reclamare possit.

Quaest. 252. An & qualiter, & à quo
die computandum requiritur triennium
ad explorandam impotentiam.

Quaest. 253. An & quale iuramentum
requiratur ultra triennium.

Quaest. 254. Matronae factura inspe-
ctionem quot & quales esse debeant.

Quaest. 255. An & qualiter conjux
propria auctoritate recedens ob impo-
tentiam sit restituenda.

Quaest. 256. An & in quibus casibus
dissoluto Matrimonio ob impotentiam re-
stituendi sibi sint conjuges.

Quaest. 257. An & qualiter Senten-
tia lata pro dissolutione matrimonii trans-
eat in rem iudicatam.

TITULUS XVI.

De Matrimonio contracto
contra interdictum Ecclesiae.

Quaest. 258. Quid hic intelligatur per
vetitum seu interdictum Ecclesiae,
quam vim habeat, & quam obligationem
pariat.

Quaest. 259. Quid importet impedi-
mentum: tempus feriarum.

TITULUS XVII.

Qui Filii sint Legitimi.

Quaest. 260. Qui veniant nomine filio-
rum, & quotuplicis generis sint.

R., P. Leur. Jur. Can. Lib. IV.

Quaest. 261. Ad quae munia Ecclesia-
stica promoveri possint illegitimi regula-
res.

Quaest. 262. Ad quae promoveri ne-
queant illegitimi regulares.

Quaest. 263. Quid sit legitimatio, qua-
liter seu quotupliciter fiat, & in quo dif-
ferat à dispensatione.

Quaest. 264. An & qualiter illegitimi
legitimantur per subsequens Matrimoni-
um.

Quaest. 265. Legitimatio an & quali-
ter fieri possit & debeat per rescriptum
principis.

Quaest. 266. Qualiter haec legitimatio
differat ab ea, quae fit per subsequens Ma-
trimonium.

Quaest. 267. A quibus, & ad quae haec
legitimatio fieri possit.

Quaest. 268. Quinam à Principibus
secularibus legitimari possint.

Quaest. 269. A quibus, cum quibus, &
ad quae cum illegitimis dispensari possit.

TITULUS XIX.

Qui Matrimonium accusa-
re possint, vel contra illud
testificari.

Quaest. 270. Contra Matrimonium vel
pro eo quinam agere possint & testi-
ficari.

Quaest. 271. Quinam in specie repellan-
tur ab accusatione Matrimonii, & conse-
quenter à testificando contra illud vel pro
eo.

Quaest. 272. In causa Matrimonii quis
sit iudex.

TITULUS XIX.

De Divortiis.

Quaest. 273. Divortium quid & quo-
tuplex.

CAP. I.

De Divortio conjugum quo ad
vinculum ipsum Matrimo-
nii.

Quaest. 274. Matrimonium ratum quod
dicatur.

(C)

Quaest.

- Quæst. 275. An & qualiter Matrimonium dissolvatur.*
- Quæst. 276. An de facto Pontifex saltem ob causam gravissimam dissolvere possit Matrimonium ratum fidelium, ita ut utrique parti relinquatur liberum inire aliud Matrimonium.*
- Quæst. 277. Num posito, Papam posse dissolvere Matrimonium ratum, possit idipsum quoque licite & valide, ubi non adest causa rationabilis & iusta.*
- Quæst. 278. An dissolvatur Matrimonium ratum fidelium per susceptionem ordinum sacrorum.*
- Quæst. 279. An & qualiter dissolvatur Matrimonium ratum per vota simplicia & professionem religiosam.*
- Quæst. 280. Quantum tempus & qualiter concessum conjugibus ad deliberandum de religionis ingressu.*
- Quæst. 281. An Matrimonium ratum infidelium durante utriusque infidelitate solvi possit.*
- Quæst. 282. An Matrimonium infidelium etiam consummatum, dum uterque ad fidem convertitur, possit solvi auctoritate pontificis intercedente iusta causa.*
- Quæst. 283. An & qualiter solubile aut solvatur Matrimonium infidelium, uno eorum converso ad fidem.*
- Quæst. 284. An Matrimonium illud contractum in infidelitate solvatur quoque per susceptionem Ordinum vel per emissam professionem religiosam à fidei converso.*
- Quæst. 285. An quoque solvatur Matrimonium fidelium per hoc, quod unus conjugum labatur in hæresim, aut transcat ad errores Gentilium, ita ut innocens transire possit ad aliud Matrimonium.*
- Quæst. 286. Ut Matrimonium dissolvatur, seu potius nullum declaretur, quæ probatio requiratur.*
- Quæst. 287. An, dum adsunt istæ conjecturæ, quæ fidum fuisse consensum, vel illæ probationes, quæ impedimentum adesse concludunt, liceat conjugibus propria auctoritate dissolvere Matrimonium.*

CAP. II.

De dissolutione Matrimonii quò ad thorum & cohabitationem.

Quæst. 288. Quid in hac parte dicendum de libello repudii concessio Judæis, & num licita eis separatio talis, super inductâ aliâ uxore.

Quæst. 289. An infideles, qui in secundo vel tertio ulterioreve gradu lineæ collateralis, si convertuntur ad fidem, debeant separari quò ad thorum.

Quæst. 290. An & qualiter periculum animæ sit causa sufficiens divortii seu separationis quò ad cohabitationem.

Quæst. 291. An & qualiter periculum corporis sit causa sufficiens divortii.

Quæst. 292. An & qualiter cautio interposita impediatur divortium, præcipue faciendum ratiore sævitie.

Quæst. 293. Quæ praxis concedendi divortium ob sævitiam, & qualiter pronuntiatur sententiâ conjuges statum mutare possint.

Quæst. 294. An & qualiter adulterium sit causa sufficiens divortii.

Quæst. 295. Quando non liceat facere divortium ob adulterium.

Quæst. 296. An & qualiter conjux innocens possit propria auctoritate divertere à conjugate adultero, ea verò necessario expectanda sententiâ judicis.

Quæst. 297. An Maritus teneatur dimittere uxorem adulteram.

Quæst. 298. An & qualiter ob hæresim liceat facere divortium.

Quæst. 299. An quoque ob alias causas fieri possit divortium.

Quæst. 300. An & qualiter consummato Matrimonio fieri possit divortium quò ad thorum ob ingressum religionis vel susceptionem ordinum citra consensum alterius conjugis.

Quæst. 301. An & qualiter divortium

um feri possit consummato Matrimonio ob ingressum religionis vel ordinum susceptionem de consensu alterius conjugis.

Quaest. 302. Qualiter conjux innocens intentans judicialiter divortium procedere debeat.

Quaest. 303. An lata sententiâ divortii, nocens obligatus reconciliari ab innocente, quando iste vult, vel liberum ei sit ordines suscipere, vel religionem ingredi, vel votum castitatis emittere, innocente inconsulto, vel etiam invito.

Quaest. 304. An factò divortio propria auctoritate vel per sententiam pars innocens teneatur nocenti reconciliari, an vero possit pro libitu suscipere ordines, aut religionem ingredi.

Quaest. 305. Apud quem conjugum manere debeant, & cuius expensis educandi Filii factò divortio.

Quaest. 306. Factò divortio quoad thorum & habitationem an & à quo præstanta alimenta uxori.

Quaest. 307. Coram quo iudicetrandæ causa divortii maximi quoad vinculum conjugale.

TITULUS XX.

De donationibus inter virum & uxorem, & de dote post divortium reddenda,

Quaest. 308. Donatio inter virum & uxorem quotuplex.

Quaest. 309. An donatio inter conjuges purè liberalis sit valida.

Quaest. 310. An quoque donatio merè liberalis inter conjuges non legitimos, sed tantum putativè tales sit invalida.

Quaest. 311. An & qualiter donatio inter conjuges gratuita ab initio invalida ex post confirmetur.

Quaest. 312. Factò divortio quoad thorum, an & qualiter restituenda uxori dos & bona parapherna.

TITULUS XXI.

De Secundis nuptiis.

Quaest. 313. Num licite & honestè sint nuptiæ secundæ.

Quaest. 314. An saltem secundo nubere ante annum luctus elapsum prohibitum sit à iure civili sub pœna infamiae, & num id ipsum correctum à iure canonico.

Quaest. 315. Quenam sint præterea pœnæ iure civili statutæ secundo nubentibus.

Quaest. 316. Num pœnæ enumeratæ quaest. præced. à iure canonico irritatæ & sublevatæ sint.

Quaest. 317. An igitur etiam iure canonico correctum sit, quod statuitur auct. cui relictum. C. de indicta viduit. & auct. de nuptiis §. quæ verò coll. 4. ut legatum à conjuge vel extranea sub conditione, ne secundo nubat, peti nequeat intra annum luctus.

Quaest. 318. Num iure canonico abrogatum, quod alias denegatur viduæ transcuntis ad secundas nuptias intra annum luctus, præstatio alimentorum.

Quaest. 319. Num vidua incidens in fornicationem incurrat pœnas statutas secundo nubentibus.

Quaest. 320. An dubius de morte conjugis transire possit ad secundas nuptias.

Quaest. 321. An & qualiter stante dubio de morte prioris conjugis contrahens de factò Matrimonium possit petere & reddere debitum, & an tale Matrimonium remanente dubio dissolvendum.

Quaest. 322. Num eadem certitudo de morte conjugis requiratur, ut quis propria auctoritate, aut iudicis permittentis auctoritate transeat ad secundas nuptias.

Quaest. 323. Qualis igitur & quantæ ad hoc requiratur certitudo.

Quaest. 324. An & qualiter fama præstet hanc certitudinem moralem.

Quaest. 325. An & qualiter unius testis testimonium de morte conjugis præstet dictam certitudinem.

Quaest. 326. An habita dicta certitudine morali, conjux adire possit secundas nuptias

nuptias propria auctoritate, nullâ petitiâ licentiâ Ordinarii. jugem reducem recipere quoad cohabitacionem & thorum.

*Quæst. 327. An & quomodo mulier contracto secundo Matrimonio, reduce il-
lius viro, possit cum secundo remanere.*

Quæst. 329. Quid sit benedictio nuptiarum, & num necessario aut etiam licitè adhibenda secundis nuptiis.

Quæst. 328. An conjux teneatur con-

